
324

E


3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
324 E 3




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
324 E 3


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
324 E 3



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
324 E 3



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
324 E 3



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
324 E 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
324 E 3

MicroChamber ©
Beschermd
KB

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
324 E 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
324 E 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
324 E 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
324 E 3

KW 324 E3

ORATIO METRICA

CONTINENS

VITUPERIUM IRACUNDIÆ.

AMSTELÆDAMI.

Apud THEODORUM BOETEMAN, in fosſa Regia vulgò de Cingel prope Scholas Latinas.

CIↃ IↃC LXXXI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
324 E 3

KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
324 E 3

ORATIO METRICA

CONTINENS

Vituperium Iracundiæ.

HActenus, Aoniæ tenuit me cura palæſtræ,
  Præliaque exegi vix bene firmus equo.
Jam propero latum proſcindere puppibus
  æquor,
  Ut poſthæc portu commodiore fruar.
Scilicet hunc cunctis ſcripſit natura laborem,
  Ut tandem cingat feſta corona caput.
Sed vos, Magnifici Proceres, dum debilis ætas
  Me tenuit, lætam ſæpe tuliſtis opem.
Quando laboravi mediis in fluctibus æger,
  Experta eſt veſtram feſſa carina manum.
His ego ſi meritis non coner dicere laudem,
  Confiteor, miſerum me mala fata manent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
324 E 3

Æternum certè de me meruiſtis honorem,
  Gratus ero donec vita ſuperſtes erit.
Auſpiciis veſtris deſcendam ac omine fauſto
  Majorem in campum liberiore rotâ.
Hoc tamen extremò donum concedite alumno,
  More ut de patrio paucula verba canat.
Et vos, egregii cives, quos nomen avitum
  Inter honoratos fecit habere locum;
Me trepidum veſtro in præſens relevate favore,
  Et ſinite ut peragat credula navis iter.
Invehar in vitium, quod ſic mortalia verſat
  Pectora, ne quiſquam cernere vera queat.
Vita quidem vitiis noſtra eſt obnoxia multis,
  Ira tamen faciles movit ad arma manus.
Exigit ultrices meritò bona fama (dolores
  Addunt vim) pœnas, vulnere læſa prius.
Juſta poteſt noſtras aliquando incendere mentes
  Ira, feras, homines non decet ira bonos.
Igne quid utilius? rigidos a corpore nimbos
  Arcet, & ingentem matribus addit opem:
Non bene ſervatus verò ſublimia vertit
  Tecta, nec a ſummis continet ille manus.
Utque ſolent totum convolvere fulmina cœlum,
  Sæpius haud aliam vim ferus ignis habet.
Sic quoque cum pectus demens exæſtuat æſtu,
  Irarum fragilem hanc obruit unda ratem.

Igni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
324 E 3

Ignibus horrificis ardens tonat Ætna ruinis,
Enceladique furor ſidera ſumma quatit.
Longiùs extendit ſemper mens percita ſeſe,
Non animi irati terminus ullus erit.
Ac velut in campo ſtimulis agitatus acutis
Cernitur aſper equus fulminis ire modo.
Sic homini videas, ſi quando exarſerit irâ,
Fervens difficili bile tumere jecur.
Ut multo accenſis fervore exuberat undis,
Qui dedit irarum fluctibus ipſe locum.
Sed decet ingenuos multâ depellere curâ,
Quicquid in humano corpore vulnus alit.
Non ſecùs eſt animus morbo purgandus ab omni:
Puram qui mentem poſſidet, ille valet.
Quem ratio non ira movet, diîs proximus arcem
Continet, & gaudens æthere victor ovat.
Ira, furor, rabies animalia cætera paſſim
Concoquit, at fines ira leonis habet.
Sponte ſimultates generoſum & nobile pectus
Ponit, & haud quenquam credit obeſſe ſibi.
Tigribus atque lupis, urſiſque ſimillimus ille eſt,
Lædendi qui non quærit habere modum.
Utque ſtatim dictum, juſta eſt vindicta, ſed ultra
Deſinit in ſummis ira morata viris.
Fama eſt Adriacis vim magnam fluctibus eſſe
Sed non continuò concitat ira mare.

Tran-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
324 E 3

Tranquillum ſequitur tandem poſt nubila cœlum,
Poſt tempeſtates hora ſerena venit.
Sic quoque non ſemper nobis fortuna noverca eſt,
Nec premit aſſiduò durior unda ratem.
Denique læta dies aderit, cur fulmine diro.
Concutiet præceps viſcera noſtra furor?
Et genus eſt hominum, qui, non niſi funere multo
Contenti, reliquis aſpera bella movent.
Omnibus officium eſt tales removere movendo,
Ne lædant morbo cætera membra ſuo.
Iracundus enim, ſubitos & pronus in enſes,
Neſcius ipſe ſibi comparat uſque necem.
Nam catulos oblita ſuos, & cæca furore
Funera per campos multa leæna dabit.
Sed feſſam tandem capiet, captamque necabit
Venator prudens, cùm cecidiſſe videt.
Effera mens furiis, nil quod moderabile ſuadet,
Et collo intendit ſtupea vincla citó.
Cœcus agit currum, & ſtultus moderator equorum eſt,
Quem præter ſolitum ſævior ira tenet.
Nam, ſimulac manibus laxas concedit habenas,
In vitium præceps & mala fata ruit.
Dentibus infrendens pallorem ſervat in ore,
Duraque continuò vulnera pectus habet.
Nec meminiſſe juvat, quicquid perfecerit antè;
Depoſitâ rabie, non-memor eſſe cupit.

Non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
324 E 3

Non canibus ſimiles geſtamus corporis artus,
Nec caput erectum lumine ſpectat humum.
Plura quidem adjicerem, quæ nos docuêre priores,
Quæque locis multis pagina ſacra tenet.
Facta ſed inſani tædet narrare Neronis,
Atque ejus, cujus nomen Achabus erat.
Et ſcimus quantas dederint in corpore pœnas,
Cùm canibus fierent præda petita ſuis.
Horrida res etenim ſponte objectare perîclis
Vitam omnem & requie velle carere datâ.
Nam qui ſe mediis iræ conceſſerit undis,
Vix peraget totum navita tutus iter.
Sed quoniam nos hora vocat, poſtrema canemus
Carmina, dum portum feſſa carina petit.
Hoc vitium tantum, tantâ caligine tectum
Effugiet, quiſquis munera certa volet.
Et magìs intendet vires, ut tramite recto
Per mare turbatum turgida vela vehat.
Dum ſcopulos triſtes, inimica & littora vitat,
Longanimes homines multa manere bona.
Quicquid enim patimur tranquillo pectore, tandem
Gaudia compeſcant lætitiæque ſapor.
Nam licèt innumeris curis vexemur iniquis,
Si toleremus, erit ſana parata quies.
Illic nôſſe datur dulciſſima mella palato,
Illic ſublimi membra levare toro.

Ira

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
324 E 3

Ira animi lethale malum procul abſit! ab illa
  Mors ſæpe ingeniis corporibuſque venit.
Non iraſcendum perſonæ; iraſcere fœdis
  Criminibus, fugias hæc, tibi ſalvus eris!
Cum te aliquis læſit, non ulciſcare, ſed iram
  Frænans vindictam rite relinque Deo.
Numen adoremus tantùm, ne pectora tradat
  Perverſæ menti, quæ mala multa daret.
Dirigat ipſe Deus palmas, & viſcera noſtra
  Divino afflatu compleat uſque ſuo.
Sic erit, ut tandem ſummum in penetrale recepti
  Sub pedibus miſeram conſpiciamus humum.
Illic virtutis dabitur certiſſima merces,
  Cumque piis reliquis gaudia ſemper erunt.

Cecini publicè

Anno a Chriſto nato
CIↃ IↃC LXXXI.
Promotione Auctumnali.

GOSUINUS PARENT.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
324 E 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
324 E 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
324 E 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
324 E 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
324 E 3